



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

A. Diss. 71

76

QVÆSTIONEM MORALEM,
UTRUM DISPENSA-
TIO CIRCA JUS NATU-
RÆ LOCUM HABEAT?

D E O J U V A N T E ,

Annente inclutâ Facultate Philosophicâ
in Illustri Academiâ Lipsiensi,

P R Ä S I D E

VIRO MAXIME REVERENDO ET EXCELLENTISSIMO
DN. VALENTINO ALBERTI,
SS. Theol. Doctore celeberr. ejusdemque Prof. Publ.
Extraord. Logic. & Metaphys. Ordinar. Consistor. Electoral. &
Ducal. Assessore, Academiæ Decem-Viro, Collegii B. Mariæ
Virginis & Nation. Polon. Senior. Alumnor. Electora-
lum Ephoro, de his & aliis officiis meri-
tissimo,

Dn. Patrono & Præceptore filiali obser-
vantiâ colendo,


Placide sententiarum collationi submittit
JOACHIMUS Weichman / Gedan.

A U T O R ,
In Auditorio Major. Principi.

H. C.

d. XIX. Septembr. M. DC. LXXXV.

T Y P I S C H R I S T I A N I G Ö Z I .



Start

Digitized by Google

C. B. D.
Proœmium.



Dmiranda utique summa Summi Numinis
Sapientia pariter ac benignitas, qvâ hominem
rationis compotem, morali qvâdam relatione
ad Se, Supremum Rectorem ac Dominum, ca-
rere noluit; eumq; proinde in utero matris de-
iis, qvæ ad constitutum à se finem conseguen-
dum pertinent, sufficientissimè eruditivit. Accepit ibi homo prin-
cipia prima practica, qvæ non modo recti notitiam ipsi suggерunt,
verùm etiam vi suâ obligatrici eum in actionibus suis ita dirigunt,
ut semper & ubique se ad referendam Creatoris sui similitudinem
teneri sentiat: humanam hîc venerari autoritatem non attinet,
qvam *deceptionem cordis humani*, *Theologus Anglus*, *Sondersonus*,* non
immerito appellat. Videant Pontifici, num vulgato illo Pythagoreorum,
αὐτὸς ἐφα, qvod ad Pontificem suū applicare non veren-
tur, adeo, ut, loquente *Bellarmino*, † si ille erraret precipiendo *vitia*,
vel prohibendo *virtutes*, teneatur Ecclesia credere *vitia esse bona* & *vir-
tutes malas*, nisi vellet contra conscientiam peccare, (qvasi vero, crede-
re contra dictamina rectæ rationis à DEO insita, *vitia esse bona*,
non sit contra conscientiam peccare) actiones suas in foro divino,
à peccato immunes reddere queant? Tutius erit, semina naturæ
(qvatenus recta est) seqvi, qvorum obligatio tanta est, ut non mo-
dò ad omnes, eos etiam, qui inter homines superiorem non agno-
scunt, pertineat, verùm etiam à nullo minui aut tolli poscit. De-
scendant in se Amasii illi Romani Pontificis, & tentent, num bel-
la intestina, qvæ conscientia transgressionis legis divinæ rea mo-
vere solet, autoritate Pontificis sedare aut tollere valeant: agno-
scit conscientia, præter Deum, Superiorem nullum, neq; dispen-
sationes à minore factas admittet, in primis circa leges in foro ejus
indispensabiles, qvalis Lex Naturæ, de actionibus secundum vo-
luntatem Dei instituendis, nos admonens, esse merito dicitur.

A 2

Sed

* de Obligat. Conscient. prælect. 2. p. 52.

† L. 4. de Pontif. c. 5. infin.

Sed qvò rapior? plura de his in ipsâ, qvam de dispensatione circa Jus Naturæ in lucem publicam protrudimus, dissertatione, qvæ summa hujus legis obligationem prolixius exponet. Res est, fateor, ardua, non qvidem si novitatem, sed gravitatem argumenti attendas. Gaudeant alii novitate, eamq; in prodigium pertrahant; mihi aliorum seqvi vestigia, & de argumento, qvod magnos etiam exercere potuit, pro ingenii modulo nonnulla dixisse, sufficiet. In iis autem, qvæ majori fortè acumine decidi potuissent, veniam nobis policemur, vel ab eo, qvi in magnis voluisse sat esse, perpenditer. Tu verò, Summe DEUS, omnis boni fons & scaturigo, retege oculos meos, ut intuear mirabilia ex lege tuâ! Fiat!

CAPUT PRIMUM

Terminorum continens explicationem.

§. 1.

A Notioribus ad ignotiora & nobis progrediendum rati, operæ fore pretium putavimus, si vocum, anteqvam ipsam Qvæstionis decisionem suscipiamus, explicationem præmittamus.

§. 2. Non autem utriusq; vocis Etymologiam prolixiori evolvere pertractione, erimus solliciti, qvippe qvâ plerorumqve, qvi de J. N. unqvam publicæ qvid commiserunt luci, repleta esse opera vides; nolumus itaque actum agere, iis in primis, qvæ proximè ad negotium nostrum facere videntur, operam daturi.

§. 3. Ex ipsâ, qvam disputationis nostræ exhibet frontispicium, qvæstione facilis videre erit negotio, misso Jure *concessivo* de *præceptivo* tantum acturos nos esse. Cùm enim non nisi huic vis obligandi, [qvæ ex jussu illius, quo decet aut oportet nos hoc vel illud facere aut omittere, oritur. Jus contrâ concessivum, consistens in facultate aliquâ, cuius beneficio licet nobis aliquid justè habere vel agere, inferre eam non potest, (a)] qvam dispensatio necessariò præsupponit, competit, solum etiam id hujus erit loci.

§. 4. Hinc etiam patet, vocem J. N. idem nobis qvod Legem Naturæ

(a) conf. Maximè Rever. Dn. Præsid. Præcepторem nostrum filiali obseruantia colendum, Comp. J. N. P. 1. c. 1. §. 2.

Naturæ significare, qvæ tanquam Synonyma ab ipso Grotio (b) non male adhibentur. Qvicquid etiam nobis Hobbesius, qui ludere vocabulis tanquam arcastulis sibi licere, fortè arbitratus est, objiciat, Conf. Dn. Uffelmannus (c).

§. 5. Explicato, quantum necesse visum fuit, nomine J. N. ipsa se nobis res offert, paucis quoq; absolvenda. Existentiam Juris hujus, prolixioribus adversus Carneadem, [qvem refutatum, vide apud *Lactantium* (d)] & alios, argumentis probare, nostri nunc non est instituti, qui eam tanquam certam & omni dubio solutam presupponimus. Negotium aliás hic nobis facefferet, Malmuriensis Philosophus, *Hobbesium* puta, qui impiam Carneadis sententiam ex orco revocare non dubitavit, etiam si multa pasim de legibus naturæ crepet. Consule alios ex professo id agentes, it. *Excell. Dn. Bückerum, Præceptorem de nobis meritissimum*, (e) & *Scharrokium* (f).

§. 6. Proximum est, ut videamus, quid J. N. sit, qvod ex accuratâ ejus definitione patescat: de qvâ cogitandi operam nobis mindrem fecit, Magnus ille Moralium Doctor, *Grotius*, (g) ex qvo mutuari eam, calculo in primis *Excell. Dn. Präsidis* (h) approbatam, non dubitamus. Est illi J. N. dictatum recte rationis indicans actui alicui ex ejus convenientia cum ipsâ naturâ rationali inesse moralem turpitudinem, aut honestatem moralem, ac consequenter ab Autore nature, DEO, talem actum aut vetari, aut præcipi.

§. 7. Sunt equidem multi, magni etiam nominis Viri, qui in *Grotii* definitione, qvod desiderent, habent, neqve ipse *Gvidelius* frater acqviscere in eâ videtur, qvamvis non apertæ alicujus imperfectionis eam arguat, satis tamen mentem suam, aliam allatæ subjungendo, prodit. Nos eâ contenti, pauca qvæ rei nostræ inservire videbuntur, adjiciemus.

§. 8. Est Jus Naturæ *Grotio dictatum recte rationis*: ne fortè hic non nisi ratiocinatione acquisitam honesti notitiam admittere videamur, monendum puto, non omne dictatum recte rationis

(b) de *J.B. & P. l.i. c.1. § 9. conf. G.Grotium c.1. § 3. 4.* (c) de *Jure N.*

... *G. & C. c. i. §. 6.* (d) *divin. Instit. l.5. c.16.* (e) de *Lege Natu-*

ræ §.3. (f) *de offic. bom.sec. J. N. c. 2. n.5. p. m. 91.* (g) *l. 1. c.1.*

§. 10. (h) *P. 2. Proleg. §. 4.*

fionis dianoëticum, verùm qvoddam etiam adianoëticum esse.
 Utrumqve intelligitur: illud per discursum formatur, qvando intellectus noster, conclusiones Juris Naturæ è suis principiis deducit, qvo procedendi modo miseris nobis mortalibus in statu corrupto s̄xpius opus est, inprimis qvando de honesto, quod ex hypothesis status corrupti bodie tantum datur, ad quod principia status integratatis extenduntur normaliter, sermo est: hoc est de universalissimis principiis, qvæ absqve omni ulteriori inquisitione vera esse judicat intellectus noster, iisqve assentitur, que ad honestum, quod in utrumque statum, tam integratatis, quam corruptionis, cadit, pertinent, & è statu integro desumuntur formaliter, v. g. Parentes suat colendi, bonum est faciendum &c. vid. Excellentiss. Dn. Praeses (i) & B. Dn. D. Strauchius, Preceptor noster, cùm vivet, meritisimus; (k) posterioris generis dictatum, notitiam honesti, citra omnem ulteriorem inquisitionem gignit: utrumqve tale est, quod simul obligationem infert, atqve eatenus à permissionibus, tam nudi facti, quam legis, & his tam plenis, quam quæ minores sunt plenis, consiliis & assertionibus differt; (l) de quâ infrà pluribus.

§. 9. Restat adhuc Objectum & obligatio: illud Grotius dicit esse actum convenientem aut inconvenientem cum ipsâ naturâ rationali, indeq; habentem mordem turpitudinem aut honestatem moralem: paucis, omne id, quod in se & suâ naturâ dignum est, ut vel fiat, vel omittatur; nam tale quid convenit cum ipsâ naturâ rationali: atqve eo ipso differt Jus Naturæ à jure positivo, cuius Objectum sunt indifferentia. Hinc ea, qvæ Jus positivum prohibet, mala sunt, ideo, qvia prohibentur: contrâ Jus Naturæ ideo bonum precipit, qvia bonum est, ideo mala prohibet, qvia in se & suâ naturâ sunt mala, (m) ut adeò causa bonitatis vel malitiae, qvæ in Objecto J. Naturæ datur, non in voluntate Legislatoris, sed in naturâ & qualitate ipsius objecti qværenda sit, v.g. furtum malum est, non qvia DEUS prohibuit, sed qvia in se & suâ naturâ honestati

(i) P. n. c. I. §. 38. p. 45. §. 57. p. 54. Parares. p. 41. 42. (k) Theol. Moral. manuscrit. Q. 27. de fundamento J. N. (l) Comp. J. N. P. 2. proleg. §. 14. p. 22. 23. (m) G. Grotius c. I. §. 16. p. 13.

honestati contrariatur; Suum nāmque cuique tribuere, non potest non esse honestum, ac proinde etiam convenit cum intellēctu divino práctico. Si autem forte qvāras: Unde scio malum hoc esse? respondēo cum Dn. Job. Frider. Hornio: (n) *Hic ipsum objectum ad normam ponendum, eidemq; applicandum est, ex quā applicatione id responsū dabitur: quia ex suā naturā adversatur honestatis regule, nobis implantata ē ab hac discrepat.* Si procedas ulimē inquiras, cur illud recta rationi disconveniens malum sit? Respondebitur, quia simul ab aternā lege abborret, cuius vis impressa est homini. Si nec dum sedeat mens & petat: decisoriām accipiet causam, non quod voluntas aut imperium divinum prohibuerit: sed quod justitia & sanctitati divina opponatur, & ab eādem deviet. Habes itaq; causam, cur Deus J. Naturae hoc vel illud prohibuerit? ideo scil. quia aliter velle nō poterat, utq; ita objectum suā justitiā intrinsecā omnem voluntatem DEI liberam antevertat, uti eleganter loquitur Dn. D. Zieglerus. (o)

§. 10. Cūm autem uti omnis Lex, ita etiam J. N. Legislatorem necessariō reqvirat, à quo tanquam Superiore obligatio dependeat; causa obligationis, cur nimirūm homo ad bonum præstandum, malum vero fugiendum obligetur, in DEO qvārenda erit, qui actum talem aut fecit, aut præcepit. Accuratē igitur distingvendum erit inter fundamentum preceptionis & prohibitionis in principiis J. N. & eorum obligationem: illud in objecto latere, imo patere diximus; hæc à Legislatore dependet. In eo modo citatus Dn. Hornius humani aliquid videtur passus, qvando principium obligationis qvoq; in objecto pónit. (p) Vis obligatrix hujus Juris tanta sanè est, ut ad omnes omnino homines, etiam eos, qui inter homines nullum agnoscunt Superiorem, se extendat: Hæc vero à nudo objecto provenire non poterit. Etiam si sciām, furtum esse malum, nondum ex his de obligatione convictus ero, nisi simul certus sim, dari Superiorem, qui potestatem habeat, me lege sibi adstringendi, cumq; obligationem J. N. indidisse. Honestum, inquit Excell. Dn. Praes., (q) quod ad utrumq; statum pertinet, dependet (ratione obligationis & præcepti) à DEO; idemq; (ratione sua honestatis & nostra assertionis) simpliciter & in se justum est.

§. 12.

(n) de Subj. J. N. c. 7. cit. Dn. Uffelmann l.c. (o) in Grot. l.l. c. I. §. 10., p. 52. (p) l.c. (q) Paræn. p. 101.

§. 12. Distinguendum etiam probè inter J. N. *primævum* & *secundarium*: illud est, quod naturæ humanæ innotuit statim ab initio & cum origine generis humani, atque sic semper, ubique & omni tempore fuit, idquæ modò descriptissimus; hoc demum sub hoc vel illo rerum statu ex hypothesi subsecutum est, respicitq; statum mundi non multiplicandi, sed multiplicati: v. g. J. N. primævo permisæ erant nuptiæ in gradu primo. Consanguinitatis lineaæ collateralis æquivalis, inter fratres nimirū & sorores, quæ tamen J. N. secundario prohibitæ sunt, ob communionem sanguinis, cuius rationem, quam primum fieri potuit, natura habere jus sit. *vid. Ex-cell. Dn. Pres.* (r) Et hæc de J. N. quoad terminos dicta sunt.

§. 13. Tandem se offert nobis dispensationis terminus, eadem brevitate pertractandus. Quilibet verò vel nobis tacentibus animadvertis, nec *sensum Ecclesiasticum* hujus vocis, quo vel gratiosæ Dei de salute hominum dispositioni, vel Ecclesiæ Pastori-bus accommodatur: nec *aconomicum*, quo illi, quibus acceptæ & expensæ pecuniæ cura committitur, dispensatores dicuntur, curæ nobis esse; sed in *foro mordli* versantibus dispensare idem est, quod non variatio legis, circa quam dispensatur, sensu, aliquem non modò obligatione & rigore legis, quo tenetur; verum etiam culpâ & pœna eximere. Uno verbo, totam dispensationis naturam, brevisimè quidem, sed nervosè conceptâ definitione *Magnif. Dn. Zieglerus* (s) expressit, per relaxationem legis publicâ auctoritate factam, dispensationem describens.

§. 14. *Relaxatio legis* esse dicitur. E. legis jam latæ obligationem præsupponit: Quemadmodum enim non-Entis nullæ sunt affectiones; ita etiam lex, nisi jam lata, relaxari non potest; neque hoc sufficit, nisi obligatio adfit; ubi enim legis rigor, factum aliquod impediendi, nondum obtinet, quid opus est, licentiam petere, cuius beneficio vel contra legem impunè possis agere, vel commissi jam contra eam criminis pœnam dare non opus habeas, quam tamen, absente scilicet obligatione, nondum debes.

§. 15. Infert itaque relaxatio hæc remotionem obligationis à certis quibusdam subjectis, sed talem, quæ salvâ lege fieri potest,

ut

(r) *P. 2. c. 10. §. 14. p. 176. Paran. p. 96.* (s) *de Jurib. Majest. l. 1. c. 7. §. 2.*

ut nihil vigori ejus detrahatur , qvī nīsi ipsā penitus sublatā legē,
tolli non potest : hoc verò non relaxare , sed abrogare legem esset :
atq; in eo dispensatio ab abrogatione legis differt , qvōd hæc legem
in totum *quoad omnes* aboleat, atq; efficiat, ut lex id , qvod hacten-
nus fuit, esse desinat : ita lex forensis abrogabatur, cūm urbs Hie-
rosolyma exscinderetur, & cum eā tum species, tum spes Reip. lo-
quente ita *Grorio* (t), concideret: illa autem tantum *quoad aliquos*,
vim legis tollit, ita, ut cæteros qvibus non dispensatur, post
dispensationem aliis factam, adhuc obliget.

§. 16. Hinc etiam à *derogatione* facile poterit distingvi, qvæ sic
ut *abrogatio totam legem* tollebat, ita legem *quoad partem* tantum-
modo immutat; qvo ipso obligatio partis illius non removetur.
ab hoc vel illo, sed ab *omnibus* legi hactenus, etiam *quoad partem* a-
missam, subiectis: ita finito bello Magistratus legem de tributis,
qvæ hactenus necessitate coactus auxerat, non qvidem penitus
abrogat, benè tamen ei aliquid derogat, minuendo scil. exactio-
nes, ne præter necessitatem justo maiores evadant.

§. 17. Neq; dispensatio cum legis *interpretatione* coincidit, qvæ
prudens qvædam legis ad actum applicatio est, neq; obligationem
tollit, sed in hoc vel illo casu nullam, mentem Legislatoris rectè
interpretando, adesse ostendit, etiamsi adesse videatur. *Locum ha-*
bet sulphurimum in illis casib; qvi non reperiuntur specialiter decisi, qvam
do scil. circumstantia quædam occurunt, qva non omnino similes sunt
illis, de qvibus lex loquitur; (u) ita leges etiam nonnullæ divinæ,
interpretationem hanc admittunt. Lata erat *Judæis* olim lex de
intermittendis die Sabbathi operibus, (x) ubi minus prudenter se
Judæi gerebant, qvando opera prohiberi charitatis & summiæ ne-
cessitatis opinabantur, mortem potius sustinentes, qvam qvōd
defensionem sui ipsius, ipso J. N. licitam, imò severissimè incul-
catam susciperent: (y) hinc ipse *Christus* verum hujus legis sen-
sum prudentissimæ *Judæis* exponebat interpretatione. (z) Huc
refer, qvando præceptum aliquod affirmativum ob aliud superius,
cui subordinatur, suspensione indiget, de qvo paulo pôst in Cap.
III.

B

§. 18.

(t) *L.I. de J.B. & P. cap. 2. s. 7.* (u) *Dn. Zieglerus in l.i. c. 4. s. 7 p. 174.*

(x) *Exod. XXXI. 15. XXXV. 2. 3.* (y) *2. Maccab. II. 36.* (z) *Lnc. VII.*

§. 18. A permissione quoque dispensationem differre, brevibus offendendum, & quidem ab illâ, quae nudi facti esse, & in remotione impedimentorum consistere dicitur; (quo modo Deus peccata permettere dicendus) distinctissimam esse, in aprico positum est. Permissione legis vel plena est, vel minor plena; HÆC impunitatem quidem, non autem impeccabilitatem, ut loquuntur, confert, ad quam, permissionem usurparum B. Chemnitius (a) refert: Deum, inquietus, hac minora quædam mala non quidem approbat, sed forensi & politico fine toleranda permisit; dispensatio autem ab ipsâ quoque culpâ delinquentem penitus liberat; ILLA est, quam non tantum impunitatem, sed & impeccabilitatem affert, quam permissione Deus olim in V. T. polygamiam permittebat, & hanc à dispensatione differre, dicere vix ausim.

§. 19. Publicâ autem opus erit autoritate: Sicut enim nemo, nisi Superior, obligationem inferre potest; ita etiam non nisi illi potestas relaxandi legem, competit. Perinde vero erit, sive dispensatio à Magistratu supremo, sive ab eo, qui illi subordinatus est, fiat; cum hic commissam sibi ab illo sufficientem habeat potestatem, vi cuius exercitium Majestatis, à quam autoritas dependet, aetibus ejus denegari non poterit.

§. 20. Unicum adhuc addam, quod supra jam brevibus tetigimus duos dispensationis esse modos, pro diversitate scilicet ejus, cui dispensatur; vel enim ille actum legi contrarium jam commisit, & sic per dispensationem absolvitur à pœnâ & culpâ, vel ante actum hunc committendum dispensationem expedit, & sic ab obligatione legis eximitur, neque à culpâ, quam nondum in se contraxit, absolvi oportebet, nedum à pœnâ. Hoc discrimen, quod ex varietate exemplorum dispensationis animadvertebamus, non negligendum videbatur.

CAP. II.

Thesin continens cum probatione.

§. 1. **H**ec itaque præsuppositis ipsâ nobis quæstio decidenda erit; **U**bi: Num J. N. & quidem primævum, dispensationem, quam descriptimus, admittat? quæritur. **N**egative respondendum esse ducimus. Sententiam nostram sequentibus firmantes.

§. 2.

(a) LL. CC. P. 2. p. m. 171.

§. 2. Hominem circa J. N. dispensare non posse , probatione vix indiget, cùm ad illud omnes, Summus hujus Legislator, Deus T. O. M. sub gravissimâ pœnâ obligaverit ; qvâ igitur homo ceu inferior, dispensationem , qvam non nisi à Superiori fieri posse diximus Cap.I. §. 19. suscipere jure posset ?

§. 3. Imò nec ab ipso Deo circa Jus hoc, qvod imago Sanctitatis divinæ ejusq; effectus est , dispensari posse existimamus. Oratum suum J. N. ipsi æternæ legi , qvæ cum intellectu divino prætico examus sim convenient , debet ; hinc etiam radius , participatio , & quasi impressio qvædam æternæ legis dici solet. Summum fcil. Numen sanctitate & justitiâ æternâ præditum , ab æterno , homini ad imaginem suam creando , ideam justitiæ divinæ , [qvam J. N. exhibet] implantare decrevit , qvam ab æterno non potuit , non voluisse. Sicuti E. Deus attributa sua salvâ Essentiâ mutare , non potest : [tolle Justitiam , & ipsam Essentiam divinam tollere , necesse habebis] ita etiam nec principia nobis congenita mutare , aut circa ea dispensare poterit : alias normatum [Jus Naturæ] à normâ suâ [justitiâ divinâ] abiret ; qvod absurdum.

§. 4. Denique sententiæ nostræ non parum roboris accedit , ex materiâ s. objecto J. N. qvod est honestum , ita naturâ suâ comparatum , ut semper & ubiq; præcipi debeat , & per se expeti , sicut ex opposito inhonestum prohiberi & vitari. vid. Cap.I. §. 9. Admissio igitur objecto immutabili , ipsum quoq; Jus circa hoc objectum occupatum , immutabile & omnis dispensationis expers dicendum erit.

CAP. III.

Objectiones & eorum Resolutionem sistens.

§. I. V ideamus Bono cum D E O jam ea , qvæ sententiæ nostræ objici possent. Sunt utique , qui hîc se nobis opponant , non modo contrarium statuendo , verùm etiam in praxi ipsâ. Romanus ille Pontifex potestatem dispensandi , non modo circa positivas D E I leges , verùm etiam circa J. Nat. nescio qvâ fibi autoritate vendicat : Factum sanè egregium , & non nisi fidelissimo Christi vicario dignum. Jure competere Pontifici hanc potestatem , Parasiti ejus omni studio afferere conantur. Audiamus

Angelum de Clavasio, qui citante B. Dn. D. Strauchio (b) in Summa Angelicâ, sub titulo Papa, potestatem ei tribuit dispensandi in omnibus Præceptis Moralibus, NB. Legis Natura, vel divina. Alter, inquit, non videretur Deus fuisse Bonus Paterfamilias, nisi misisset Pastorum super Gregem suum, qui posset consulere omnibus occurrentibus. C. necessariò expediendis. Nec etiam posset dici, quod Papa sit GENERALIS COMMISARIUS DEI ASSUMPTUS IN PLENITUDINEM POTESTATIS. Et quod dico de præceptis Secunda Tabula, idem dic de omnibus Præceptis Veteris & N. T. Itēde Dominus Archiepiscopus Florentinus in summa dicit, se audivisse à fide dignis, quod Papa Martinus V. habita consultatione, cum multis doctissimis Viris in sacrâ Theologâ & Jure Canonicâ, dispensaverit cum quodam, qui accepérat Germanam suam in Iuxtorum &c. Sed mittamus hæc mancipia sedis Pontificiæ: rationib[us] pugnemus, quæ quid in recessu habeant, quibus adversus nos insurgunt, videamus.

§. 2. Duashic liceat nobis classes constituere, quærum altera objectiones, quæ posse Deum dispensare, altera, quæ non modo posse, sed etiam auctu dispensasse aliquando, afferunt, contineat.

§. 3. Objicere nobis solent (1) potentiam Dei absolutam, secundum quam nihil Deo absolvatur; bane potentiam putant à nobis assertione nostrâ labefactari. Resp. (1) E. etiam poterit peccare, aut sui ipsius odium præcipere. (2) Dicitur potentia Dei absoluta, ideo, quia non agnoscit Superiorum, non autem quasi à reliquis attributis absolvere quasi Deum posset. Ille qui potens, simul etiam Justissimus & Sanctissimus est: omnimoda horum in Deo attributorum harmonia non est laedenda. Quemadmodum igitur non ferit omnipotentiam Dei, si dicamus; eum non posse agrotare, quia estactus purissimus & simplicissimus, neq; mori, quia est æternus; ita etiam non obstat potentiaz huic, quando eum dispensare non posse circa J. N. dicimus; mutaret enim Essentiam suam, & omnem exueret Sanctitatem, quæ non potentiam, sed impotentiam potius arguerent. (3) Circa J. N. dispensare involvit contradictionem, quod facile probo: J. N. Deum amandum esse omnibus inculcat hominibus; Si igitur Deus circa hoc præceptum dispensaret, odium ipsius esset præcipiendum. Si autem quis hominum

(b) *Breviar. Theol. Def. 173 p. 528.*

minimum morem Deo in his gerat, eumq; odio proseqvatur, obediens utem se Deo præberet, qvod tamen sine amore in Deum, quem obdientia creatori præsupponit, fieri non posset, atq; sic amando odire Deum dicendus esset: amaret itaq; & non amaret, odio haberet & non haberet Deum. Nonne hæc sunt contradictoria? qvæ sub potentiam Dei non cadere, Theologi docent. vid. B. Dn. D. Scherzerus (c) & B. Dn. D. Straubius. (d)

§. 4. Obj. 2. *Deum esse Legislatorēm J. N.* *Omnis autem Legislator circa legem à se latam dispensare potest.* E. etiam Deus. Resp. Omnis Legislator dispensare potest circa legem à se latam dispensabilem, qualis J. N. non est. *Excipit: Qrenam lex igitur est dispensabilis?* Resp. Qvæ à nudâ Legislatoris voluntate dependet, talis autem non est J. N. qvad immediate ab ipsâ Justitiâ Dei dependere diximus. *Ex tip. E. circa nullam legem Deus dispensare potest, qvia omnis est justa;* *injustum enim Deus non velle, nedum præcipere potest.* Resp. Verum hoc, omnis utiq; à Deo unq; lata lex est justissima, non tamen uno eodemq; gradu: alia enim, uti lex positiva, qvæ indifferentia præcipit, est justa, ideo qvia fertur à justo; alia est justa, qvia non tantum fertur à, sed etiam de justo, qvod suâ naturâ facta est necessarium. vid. Excell. Dn. Praef. (e) ac proinde hæc, non illa est indisponsabilis, qvia illius justitia à Legislatoris voluntate, hujus ab objecto [qvod cum Justitiâ aeternâ convenit] dependet; hinc justitiâ suâ intrinsecâ voluntatem Dei liberam antevertit, uti loquitur Dn. Zieglerus.

§. 5. Altera classis continet exempla, in quibus dispensasse Deus videtur. Obj. 1. *Exemplum Protoplañorum, quibus putant Deum dispensasse, cum crimine se per lapsum polluissent, atq; reos aeternæ mortis fecissent.* Ibi Deus secundum clementiam suam circa legem à se latam dispensabat, leviorēm, pro eterno supplicio, qvod delinqventes promeruerant, substituendo pœnam. Resp. Erat ista Lex non Naturalis, sed positiva, de qua non queritur. *Exc. Requiebat tamen non modò Lex N. verū ipsa quoq; eterna, qvæ Deo per naturam inest, ut pœnam de delinquentibus sumeret: ubi igitur Deus jus suum cuiq; per justitiam punitivam tribuere tenebatur, & id non fecit, dispensasse est dicendus.* Resp. Neg. adhibuisse huc Deum aliquam dispensationem: non enim simpliciter

ter sine satisfactione hominem in gratiam accipiebat; sed prævia satisfactione, quâ sufficientissimè justitiaz divinæ, à Mediatore O. M. poena dabatur. Dicis: *In eo tamen videtur Deus dispensasse, quod alium, filium nempe suum unigenitum substituerit, quem pœnam, quam homo debebat, luere permisit.* Resp. Hoc est, quod volo; non igitur obtinuit dispensatio propriè talis: ubi enim satisfactio adest, ibi dispensatio, qualem nos descripsimus, locum habere nequit. Illud Iubens concedo, intercessisse h̄ic aliquam, imò summam ex parte Dei gratiam, quod non modò alium intervenire passus sit, verū ipse etiam medium hoc salutare, benignissimè subministrare voluerit: sed de hāc misericordiā agere nostri non est fori; sufficit, quod nullam inferat dispensationem.

§. 6. Majoris videtur esse difficultatis (2.) conjugium inter liberos Adami: qualem hodie ut incestuosum J. N. vetitum esse dicimus. Erat autem olim liberis Adami concessum. E. dispensationem admittere opere rit. Resp. Sunt h̄az nuptiaz contra J. N. secundarium, non autem primævum; vid. Cap. I. §. 12. Exc. Atq; etiam J. N. secundarium est indispensabile. Resp. Quid tum? neq; ulla ostendi potest dispensatio, quæ legis jam existentis obligationem præsupponit C. i. §. 14. Qui igitur Deus circa legem cordibus hominum nondum inscriptam, dispensare potuit? Legem olim de circumcidendis pueris Deum Abrahamo tulisse notum est, quam Adamus, Noachus & omnes Abrahāmi Antecessores non observarunt; absurdum autem foret dicere, Deum his circa hanc legem, multis post Adamum seculis latam, demum dispensasse. Ita etiam prohibitiō harum nuptiarum non nisi ad mundum multiplicatum pertinet, & obligationem hypotheticam infert. Præsupposita scil. hominum multitudine, naturæ humanaæ horrorem tales indicit Deus, ut à Venere eorum, cum quibus unum sanguinem hausit, abhorreat, ita ut

Prodigia toties orbis infusa audiat,

Natura toties legibus cedat suū,

Qvoties istiusmodi nuptiaz hodie tanquam licetæ permittuntur. Excipitur: Atq; vi Deus Deut. XXV. 5. legem ferendo de Leviratione, dispensasse videtur circa J. N. Erat enim uxor ducenda illi, cui nubere jubebatur, in primo gradu affinitatis secundum J. C. Et quidem primo genere, coiuncta, quales nuptiae Levit. XIIIX. 16. prohibite leguntur, & hodie etiam imp̄f̄tuosa babentur. R. Nuptias h̄as J. N. contrariari, concedo, vel

vel ex eo, quod terra propterea incolas suos [Gentiles] evomuisse dicitur: nulla autem poena, ubi nulla culpa, nec culpa naturalis, ubi nulla possibilis legis notitia naturalis. Ad legem de Leviratione resp. nullam ibi dispensationem, sed commodam tantum, secundum mentem Legislatoris, interpretationem intercessisse, quæ quomodo à dispensatione differat, ostensum est *suprà*. Juvat hic verba B.Dn.Preceptoris D.Strauchii (f) allegasse: Das im Gesetz Moyses vermittelst einer sonderbahren restriction zugelassen worden des verstorbenen Bruders Wittib. in gewissen Fällen zu heyrathen / hebet das ganze Gesetz nicht auf / sondern dienet allein zu Erklärung desselben; wer zweifelt daran / daß Gott in seinem Gesetz den Menschen Mord oder Todschlag verboten / und dennoch hat er selbst verordnet: Wer Menschen Blut vergeust / des Blut soll auch durch Menschen vergossen werden / Gen.IX.6. Wenn die Bucholzische Schlussart gelten sollte / könnte man auch sagen / der Todschläger bleibt ein Mensch / O H N E / oder M I T diesem Laster behaftet. Ergo. Excipitur: *E. bac interpretatione hodie etiam adhuc locum habebit.* R. Neg. C. nam ratio illa, quæ hanc legem ad certas circumstantias alligabat, jam expravit: Erat autem illa, ut distinctio graduum ac familiarum conservaretur, & cognosci posset, ex quibus Messias aliquando sit oriundus.

§. 7. Objiciuntur (3) præcepta affirm. circa quæ Deum putant dispensare, quando obligationem suam amittunt, v. g. Parentibus esse obediendum, me non obligat, si obedientia hæc honor Dei lædereatur. R. nec hæc dispensationem adesse: suspenditur, nimirum obligatio præcepti istius, non quoad hunc vel illum, sed quoad omnes, qui legi huic subsunt. Oritur autem hæc suspensio ex concursu duorum præceptorum, quæ non sunt unius ordinis, sed alterum est altero maj^o, cui proinde id, quod minus est, subordinatur. Concurrunt itaq; hæc duo axiomata: e.c. Deus est honorand^o; Parentes sunt honorandi. Utrumq; in tali casu observari nequit, nec debet; nam posterius eâ conditione latum est, ut quando non nisi cum violatione Superioris observari potest, sit suspendendū: à suspensiōne autem obligationis in præcepto inferiori per præceptum superius, ad e^u jus

(f) Endliche Entdeckung der erbärmlichen Verstockung D. Christoph Joachim Bucholzengs ad Object. 8. resp. 6. p. 76.

jus mutationem (seu dispensationem) N. V. C. vid. Excellentis. Dn. Praes. (g)

§. 8. Objicitur 4. Exemplum Abrahami, cui Deus circa quintum præceptum, immolationem filii præcipiendo, dispensasse videtur. R. Neg. hoc contra V. præceptum fuisse. Nam (1.) Abraham⁹ non considerandus ut homo privatus, sed ut Magistrat⁹ Deo subordinatus, cui Deus jus vitæ & necis dederat. (2.) Isaac non erat innocens; sed ob peccatum originale &c. in foro divino reus mortis. Ut nihil dicam de Jure Dei universali, qvod ipsi in omnes homines eorumq; vitam competit. Alii respondent, Deo fidem Abrahami, non ipsam cædem placuisse; Enimvero cum in re turpi ac in se malâ obedientia Deo non possit non displicere, eo modo dubio vix satisfiet.

§. 9. Objic. 5. Deum circa septimum præceptum dispensasse, Israëlitie mandando, ut vasa pretiosa Ægyptiis auferrent. R. Nullum ibi committebatur furtum, qvia res, qvæ auferebatur, desierat jam esse aliena, & jam in alium statum, Deo Supremo omnium Domino, cui Jus in omnia hominum bona competit, sic dirigente, transferat. Accipiebant igitur Israëlitæ vasa hæc, non tanquam ex Ægyptiorū, sed tanquam ex ipsius Dei manu. vid. Magnif. Dn. Calovius (h). Paucis nervosè respondet Excell. Dn. Praes. (i) A mutatione objecti ad mutationem ipsius Juris N. V. C.

Cætera qvæ objici adhuc possent, placidæ Eruditorum disquisitioni reservamus. Deo autem T. O. M. pro præstítâ nobis in præsenti negotio operâ devotas persolvimus grates, eumq; humiliè rogamus, velit porro gratiâ suâ nobis clementissime adesse. Da Domine, ut voluntatem Tuam rectè intelligamus, magis ut & faciamus. Amen!

S. D. G.

(g) P. 2. Prol. §. 19. p. 25. (h) Bibl. illustr. ad h. l. (i) P. 2. prol. §. 20. p. 27.

Ad Exim. D N. R E S P O N D E N T E M ,

Autorem hujus Disputationis Doctissimum.

E N! Labor hic Tuus est, qvô (a) dispensabile nunquam,
Qvod Natura olim Jus tulit, esse probas.
Ominor hinc, Tua (b) dispensabitur omne per ævum

Gloria, qvæ studiō est jure parata Tuo.

(a) In significatu forensi.

(b) In communi, pro distribui.

D. Val. Alberti.